Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35138
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Curator

sciendum q̃ vna persona est alia ab altera non tamen est aliud. Unde ista est vera. pater est alius a filio. sed ista est falsa ⁊ heretica. pater est aliud a filio. quia hec dictio alius (q̃ est masculini generis) dicit diuersitatem in persona. sed hec dictio aliud (q̃ est neutri generis) dicit diuersitatem in essentia Alij autem tres articuli pertinent ad opera trinitatis. quorum quidam pertinet ad opus naturae videlicet ad opus creationis: et de hoc est vnus articulus. scilicet qui dicit q̃ debemus credere deum esse creatorem omnium creaturarum: Et de isto articulo dicitur in simbolo apostolorum creatorem celi et terre. Et contra istum articulum errauit Manicheus q̃ dicit q̃ deus bonus creauit res inuisibiles. sed deus malus creauit res visibiles. Unde contra errorem istum fuit additum in symbolo Nyceno. visibilium omnium et inuisibilium Notandum etiam q̃ in simbolo apostolorum dicitur creatorem. in simbolo autem Nyceno dicitur factorem: Et ratio est quia differentia est inter creatorem et factorem. similiter etiam est differentia inter creare et facere. q̃ creare est aliquid ex nihilo producere. et facere est aliquid producere ex aliquo. Quia ergo deus in principio creauit angelos et materiam omnium tam celestium q̃m terrestrium ex qua postea fecit omnia alia. idoo dicitur creatorem. quia vero postea ex illa materia fecit omnes alias creaturas. ⁊ ideo dicitur factorem. Operum etiam dei quedam pertinent ad opus gratie. s. ad opus iustificationis. Et de hoc est vnus articulus. scilicet q̃ debemus credere q̃ per gratiam dei fideles spiritualiter vniunt. et remittunt peccata fidelibus vnitis in vnitate ecclesie catholice fidei: Et de hoc dicitur in simbolo apostolorum. sanctam ecclesiam catholicam. id est vniuersalem. sanctorum communionem remissionem peccatorum. Et in isto articulo comprehenduntur oia sacramenta ecclesie. et quicquid sacro sancta romana ecclesia de baptismo et eucharistia et alijs sacramentis ecclesie in quibus fideles sibi ad inuicem communicant. ⁊ per que fit peccatorum remissio credit. precipit et docet esse credendum. Et ptra istum errauit Pelagius qui posuit q̃ per solum actum liberi arbitrij absq̃ gratia dei poterat haberi remissio peccatorum. Contra etiam istum articulum errauerunt Jacobite et Nycolaite Jouiniani Valdenses. ⁊ vniuersaliter omnes heretici. iudei. et sarraceni. gentiles. et pagani. et quicunq̃ omnes alij homines qui sunt sine baptismo et eucharistia et alijs sacramentis credunt aliter q̃m sancta romana ecclesia. Contra istum tamen articulum errant specialiter omnes pagani gre